



12

12 18.

VERSUS GRATULATORIE

pro

Primitiis in SS. Theologia 30. Januar.
Anni 1636. feliciter impetratis

VIRO

Reverendo & Clarissimo

Dn. M. SIGISMUNDO JANCKIO,
Budissinâ-Lusato, Ecclesiæ Sittav.
in superiori Lusatiâ ad D.
Johann. Ecclesiast. fusi
& oblati

Præceptore & Patrono, nec non fautoribus,
Amicis & conterraneis in inclytâ
Academiâ Salanâ.

J E N Æ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI

VERSUS GRATULATORII

Præfatus in SS. Theologiae Jo. Jansen.
Annus regni. Felicitate imperatoris.

Dr. M. SIGISMUNDUS JANCKIUS
Magister Lector, Ecclesie Sicut
in Superiori Lector ad D.
Johann. Ecclesiam, sed
et oblati

Præfator & Patronus non honoratus
Annus & contentus in iustis
Academiae Salsæ.

J E V E
Hans Ernst Steinmann





IGISMUNDE sacri Præco fidiſſime verbi
Ore hoſtes vincens nomen & omen ha-
bes.

Primicias JANCKI meritò tibi grator ho-
norum,

Quos Salana tibi contulit Eusebie.

Perge Deo ſervire, gregi ſervireque Chriſti,

Præmia non deerunt inq; ſolo inq; polo.

avroged. Cal. Febr. 630.

Joh. Gerhard. D. h. t. Jenenſ.

Academ. Rector.

Prima Tibi tentata via eſt, Doctiſſime Jancki,
qua vegetum poſſis tollere ad aſtra caput.

*Alterare ſtat: eam ingredi hanc perterritus; offerre
Eusebie meritis ſerta decora comis.*

L. F. Jenæ

Joh. Mich. Dilherrus Orat. Hiſt.

& Poëſ. P. P.

Theologi ſtudii cur ambis doctus honores?
Primitiasq; petis Theologi ipſe Gradus?

Myſta verende Dei, patriæ ſpes certa Luſatæ,

Muſæi & menſæ portio docta mea;

Hæ tuus urget Amor: Zelus tuus urget, & urget,

Conſecras ſtudiis quem, tuus ipſe labor.

Inflamman Genium quorundam Exempla Bonorum

Ritè tuum, juvit quos Gradum habere ſacrum.

A 2

Morem

Morem prætereo Lipsensem: Docta Gradatim
 Qui confert Graduum nomina. Hic ordo placet.
 Nam sic, quid valeant humeri, quid ferre recusent,
 Tentatus quivis percipit atq; videt.

† M. Sa- Sacros Jena Gradus incepit nostra gradatim
 muel Ni- Conferre, & dignis nomina digna dare,
 zelius, Ec- Nizelus Pastor Briccensi clarus in urbe †
 clesia Evā- Primitias sacri rettulit ipse Gradus.
 gelice Bric-
 cii Bohe- Nizeli docti doctus vestigia torques,
 morū Pa- Primitiasq; petens, primitiasq; ferens.

stores Insp. Primitiis quicumq; sacris contentus, is olim
 23. Mart. Expetiet decimas, percipietq; sacras.

1620. de Sacri primitias, clarissime Jancke, laboris
 Fejun. sub Praside Gerharo, sacri & honoris habe.

Job. Ma- Ut sacras decimas referas, summumq; brabejum
 jore, S.S. Praside Gerharo, faxit, Jova, precor.

Th. D. Fa-
 cult. Th.
 Sen. P. P.

II.
 & Superin- IN Sophicis primum titulum, titulumq; supremum
 tend. pro Distribuit Genio Lipsia culta tuo.
 Baccal. In sacris primum tribuit tibi Jena decora,
 in Theol. Supremum tribuat quò tibi, corde precor.
 impetrans
 do dispu-
 tavit.

Amoris & honoris F. fund.
 M. Adrian. Beyer / Eccles. Jenens.
 Diac. & Facultat. Philosoph.
 Adjunct.

Quosdam BEIERI studiosos mensula Juris:
 Et Medici: Et Sophici pascit aliq; studi:
 Quidam dis- Juris: Medici: Sophiciq; putavit
 Pro titulo: Sacro pro titulo unus abest.

Unus

Unus ades, JANCKI clarissime, disq; putare
Aggrederis Sacropro Titulo. Ergo precor.

Honoris ergo
fecit

Henricus Plancus, Lavinga. Palae.
Medic. Licent.

ET sunt magnarum primordia paucula rerum,
Namque monas numerum crescit in innume-
rum.

Aspice structuram, fundamine nititur uno,

Ac si fundamen debile, tota ruit.

Eligit ipse Deus, quæ mundo vilia sordent;

Et quod gentili fabula, vita pio est.

Non te poeniteat JANCKI retulisse Sophorum,

Quos stupet Eusebie cœlica, primitias.

Primitias decimæ cum fœnore ponè sequentur,

Principium si sit nobile, cuncta valent.

Sic spondet toto celeberrimus orbe GERHARDUS,

Salanæ felix Tiphys & Automedon.

Adplaudit meritis & re, ceu nomine MAJOR;

HIMMELIUSQ; sacrae buccina militiæ.

Ipsè meum subdo votum, TIBI GRATOR, & opto:

Profit id omne TIBI; profit id omne GREGI!

*Ex animo, Reverendo, Humaniss. atq; Pre-
stantiss. Dn. M. Janckio, Fautori & Ami-
so honoratiss. optima quæq; precatus, aliud
agendo, adjecit.*

M. Gothfr. Schreiterus, Annab.

Misn.

A 3

In

In honorem Baccalaureatus Theologici

Dn. M. Janckii.

DUM scandis cathedram, Jancki, tentare, quid ausis
Sperare à genio, in Theilologicâ arte tuo,
Inscius ascensum ad primos moliris honores
Theilologiæ, & capiti laurea ferta paras,
Nempè suâ ut virtus nunquam mercede carebit,
Præmia sic meritis digna labore capit,
Præmia capisti doctrinæ, præmia cedant
Jovæ fac laudi, teq; sub astra leva.

Amice gratulationis ergò faciebat Jene.

M. Zacharias Sommer, Jun.

Fridb. Siles.

Ad

Virum Reverendum & Clariss. Dn. M. Sigismun-
dum Janckium, SS. Theol. Baccal.

Fautorem & p.t. Consalinum suum honoratissimum

A *Baccis lauri titulum, Clarissime Jancki,*
Deportas, sacri primitiasq; Gradus.

Ut vigeas instar lauri: Quò Patria fructus
alma tuos capiat, gratulor atq; precor.

Johann. Christoph. Lobharkberger/
Freiberg.

L Aude vir es dignus. (digni comitantur honores
Dignos) quòd JANCKI suscipis artis opus.
Præside namq; GERHARD magno defendere sacra
Ausus es egregiè Tmemata καδδύναμιν.
Laudo pios ausus, plures super-adde subindè,
Dante Deo, reliquis omnibus, atq; vir es.
Jam meritò meritos sacrae tibi grator honores
Theûlogiæ primos, quos Sala clara dedit.

Sosper

Sospes collatis his utere honoribus annos,
Clare Vir, in multos, plebis ad οἰκοδομήν.
Sic multum exhilares concredita templa Lusatiam,
Sic bene cedit honos, sic bene cedit onus.
Quod superest, Tibi contingant, Doctissime JANCKE,
Optati portus litora tuta, precor!

Dn. Consalino suo ολοκαρδῶς ἰτα con-
gratulabatur.

M. Philippus-Jacobus Gugler.

Gratuler an sileam, Clarissime JANCKE? quid optas?
Pro meritis laudis apprecor ipse tuas.
Nominibus claris multis & honoribus auctus
Incedas patriam: Faxit Jova potens.

Dn. suo Commensali συγχαίειν ἰμῶ
Sigismundus Rau, VVeissensfelsâ Mjn.

JANCKI, te sacris juvat intabescere chartis,
jugiter & scitis Christiadam immorier.
Haut disturbarunt conatum incommoda multa,
luridus haud livor, nec via longa nimis.
ut JENAM accēsti, mox falsa sophismata solvis
dextrè, & propugnas dogmata salvifica,
presidio fultus magni clarig, GERHARDI,
quem sat mirari Teutonis ora nequit.
Perge modò; hereticumq, strophas convellere perge,
IHOVAH tuis ausis deproperabit opem.
THEIOLOGIA tibi primos jam prabet honores;
maiores summâ laude aliquando dabit.

Dn. Conterraneo & amico suo integerrimo
gratulationis juxtâ & sinceræ affe-
ctionis ergò ἐχιδίαι Jenæ,
Jacobus Berthold/ Zittaviâ-Lusatius, S.S.
Theol. stud.

Invi-

Invidiam comitem Virtutem semper habere
Valde splendentem, tempus id omne probat;
Multi nam Tibi sunt, stimulat quos livida tabes,
Præstans ingenio, Vir Reverende, bono.
Verum ne cures, livor quos occupat ardens,
Erige sed mentem, digna brabea feres.
Ipse ergo nunc claris æquè congratulor ausis,
Illis quò latus, tute fruare diu.

Lipsiæ in τῆ παραχρηῖα honoris
& amoris testandi ergò facie-
bat

Valentinus Kenler Zittaviâ-Lu-
satus, S.S. Theolog. Stud.

F I N I S





12

VERSUS

Primitiis in
Anni re

Rev
Dn, M. SIGI
Budiffinâ
in sup
Joha

Præceptore &
Amicis &
A

EXPLIS ER.

12

18.

